DE MERCATVRA DECISIONES, ET TRACTATVS VARII

ET DE REBVS AD EAM PERTINENTIBVS:

In quibus omnium Authorum, præcipuè BENVENVTI STRACCHÆ, *Iuriſconſulti Clariſſimi: Qui de Mercatura, Cambiis, Sponſionibus, Creditoribus, Fideiuſſoribus, Debitoribus, Decoctoribus, Nauibus, Nauigatione, Aſſecurationibus, Subhaſtationibus, aliiſque de negotiis Mercatorum, ſcripſêre, Tractatus libriq; continentur: tum eorum etiam quæ in Praxim quotidianam poſſunt his de rebus occurrere materies explicatur.*

Nunc primùm in optimum ordinem digeſti, vtique pro foris-peritorum commodo, ac ſolatio excuſi.

Cum INDICIBVS *duobus locupletiſſimis, vno de materia & Argumentis Deciſionum & Tractatuum: altero de rebus & verbis quæ in toto hoc opere continentur.*

Huiuſce operis Auctores, eorúmque Tractatus, ſuo indice pagina ſecunda ...

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

LVGDVNI,

Sumptibus Claudij Landry.

M. DC. XXI.

DECISIONES ROTÆ GENVÆ DE MERCATVRA ET PERTINENTIBVS AD EAM.

DECISIO I.

¶ Partitæ, de quibus eſt facta ſcriptura per Campſorem ſeu mercatorem in ſcartafacio, ſeu liberculo feriæ poſſunt caſſari, contraſcribi, & proteſtari durante ipſa Feria.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſocij præiudicat ſocio.*

2 *Stylus, & obſeruantia probandi literaturam in auditorio Rotæ.*

3 *Scribentes literas cambij an eo non ſoluto teneantur.*

4 *Reſponſiones ita interpretandæ ne contrarientur intentioni reſpondentis.*

5 *Scriptura in libris mercatorum ad debitum, & ad creditum quomodo operetur ſolutionem.*

6 *Scribens literas Cambij an teneatur quouſque ille, cui ſunt directæ, ſoluerit.*

7 *An remiſſa de credito alieno facta uni ad ſoluendum ſibi ipſi liberet remittentem.*

8 *Solutio ſibi ipſi quomodo fiat per directionem ſcripturæ.*

9 *Scriptura in libro ſoluere debentis ad creditum illius cui facienda eſſet ſolutio an probet ſolutionem factam ſoluere debentis.*

10 *Annotationes factæ in ſcartafaciis durantibus negotiis feriæ variari poſſunt per ſcribentem.*

11 *Solutiones faciendæ termino ſolutionum feriæ quo tempore fieri debeant.*

12 *An hoc fieri debeat durante tempore priuilegij feriæ, an poſt ſi nondum ſunt perfecta negotia.*

13 *Initium termini feriæ differt ab initio ſolutionum eiuſdem feriæ.*

14 *Terminus feriæ an dicatur de principio, medio, vel fine feriæ.*

15 *Dato initio in tempore debito durat finis feriæ etiam extra tempus quo non potuiſſet dari principium.*

16 *Tempus ſolutionum feriarum non eſt certum ſed pendet à futuro euentu.*

17 *Annotatio in ſcartafaciis non oſtendit rem perfectam ſed perficiendam.*

18 *Ordo datus, & mandatum debet ſeruari cum omnibus qualitatibus.*

19 *Annotatio in ſcartafaciis fit ad memoriam eorum, quæ ſunt expedienda.*

20 *Scriptura facta pro memoria non inducit ſolutionem, promiſſionem, ſeu nouationem.*

21 *Campſore acceptante ordinem ſoluendi, an ſequatur liberatio primi debitoris.*

22 *Solutionem ſibiipſi fieri per directionem ſcripturæ quomodo intelligendum.*

23 *Solutio an fiat ſine pecunia.*

24 *Caſſans aliquas partitas in ſcartafacio feriæ ea durante ob cauſam, quæ poſſit alias afficere, an alias caſſaſſe intelligatur.*

25 *Proteſtatio dependens à ſola voluntate intelligitur facta, cum ſit mandatum ad illam faciendum.*

26 *Et non exigit cauſæ inſertionem, & appoſita cauſa falſa non vitiat.*

27 *Contractus cambij quatuor perſonas exigit, & vnus poteſt duplici perſona fungi, & qui recepit de ordine alicuius, dicitur eius procurator.*

28 *Procuratore rupto ceſſat mandatum.*

29 *Annotationes factæ in feria, in qua notans fit ruptus, non valent.*

30 *Feria an dicatur concurſus, & negotiationes mercatorum, an tempus priuilegiatum pro feria.*

31 *An rectè dicatur feria vnius temporis, quæ fit in alio, vt puta feria Maij quæ fit in menſe Iunij.*

32 *Incontinenti quid factum, quando intelligatur.*

33 *Negotia, quæ quis facit cum tertiis, an differant ab iis, quæ facit cum ſeipſo.*

34 *De forma deſcriptionis partitarum, fit argumentum de vno ſcartafacio alicuius, ad aliud eiuſdem.*

35 *Conſuetudo ſcribentis probatur per eius librum.*

36 *Deputati an poſſint præiudicare aliis creditoribus ruptorum.*

37 *Acceptatio ſoluendi ſeu promiſſio ſoluere debentis quomodo liberet primum debitorem.*

38 *Vbi litteræ non habuerunt effectum, durat prima obligatio.*

39 *Aliena negotia adminiſtrans tenetur facere ea, quæ pro ſe faceret.*

40 *Facta à mercatore, quæ robur ſumunt à tempore venturo, an infecta ſint, ſi interim fiat ruptus.*

41 *Ruptus æquiparatur mortuo.*

42 *Non adimplens literas cambij ſoluendo pecunias cambiatas tenetur ad intereſſe.*

43 *Solito negotiari debetur intereſſe de pecuniis debitis.*

44 *Lapſus temporis ſolutionis conſtituit in mora.*

45 *Intereſſe lucri ceſſantis qua certitudine debeatur.*

46 *Practica probandi intereſſe.*

47 *Scriptura, quæ poteſt reuocari, non dicitur perfecta.*

48 *Imperfectum non poteſt operari.*

49 *Scriptura operans poſt lapſum temporis, ante dicitur imperfecta.*

OMnis actio vacare debet temeritate, & negligentia, nec vir agere quicquam, cuius non poſſit cauſam probabilem reddere, ſcripſit Cicero de offic. lib. 1. quod præcipuum eſt Iudicis, cuius eſt in cauſis ſemper verum ſequi, vt auct. lib. 2. & quem oportet cuncta rimari c. ſin. 30. q. 5. quod autem Iudices de Rota duntaxat vno diſſentiente, non temerè, & omni, quæ